Marci Scribanarij Bononienſis ſuper diſpoſitionem anni Mcccclxxxvi. Ad Illuſtriſſimū: ⁊ Reuerendiſſimū in xp̄o patrē ⁊ dn̄m. D. Aſcanium Mariam Cardinalem Sforciam vicecomitem Bononię legatum Pronoſticon.

n On parum vereor Reuerendiſſime preſul illorū cenſurā: qui eos ſtudioſe obſeruant: quos de ꝯtingentibus anni preſentis ſcribere acceperūt: quum tanti motus in Italia parent̄: ⁊ magna quedā īminere videantur. Vereor inqꝫ, nō ꝙ diuinę artis: quam profiteor deſeraꝫ formulas: Sed quia tot p̄teritos: preſenteſqꝫ Solis labores: lunęqꝫ defectꝰ: ac ceterorum ſiderum varios influxus ꝓſpicio: ut mare magnū: ⁊ varijs procellis agitatū debili cymba ingredi videar: ⁊ prominentibꝰ incurrere ſaxis. Attamen quum omnes bonarū artium ſtudioſi ꝓ virili parte hominibus prodeſſe debeant: ⁊ labores ſubire in medium: diuina ope fretus: ⁊ tua preſul digniſſime id pro ingenioli mei viribus mandaui litteris: qđ in ſe plurimū vtilitatis: nō nihil etiā iucunditatis in ſe habere viſum eſt. Id ergo quātulumcunqꝫ eſt hauſtū ex vberrimis aſtrologoꝝ fontibus nomini tuo ut par eſt ſacraui. Ceteri qui fortunę indulgentia fulgēt argentum. aurum. lapides precioſos: ⁊ cetera id genus offerre poſſunt. Ego autē ad tua ſacra quę poſſum ingenij offero monimēta: ⁊ amplitudinē tuā hoc thurę pio veneror: ⁊ colo: quę ingenia fouere gaudet in primis: cui me: ⁊ has lucubrationes cōmendo meas. Precor ut ſerena fronte ſuſcipiat: ⁊ ut ꝯſueuit blādo ſinu fouere dignū ducat: cuius vota deus omnino ſecundet.

¶ Ad meridianū alme vrbis Romę erit introitꝰ ſolis in ſignū Arietis anno p̄nti. Mcccclxxxvi. die. xi. marcij in die ſabati hora. xv. mi. xxx. horologij aſcendente gradu. xvi. Geminorū Saturno: ⁊ Marte exiſtentibꝰ dn̄is anni. Quomō planetę in figuris collocent̄ in qualibet parte anni gratia breuitatis omitto: Sed prius nōnulla preterita recordemur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Nunc ſumus in·xiiii·orbe in quo Luna dominatur cū ſigno
Leonis: ⁊ Sol eſt dominus ſigni profectionis: ⁊ gradus diuiſi/
onis eſt principium libꝛę: ⁊ Saturnus eſt diuiſoꝛ particularis:
Jupiter autem vniuerſalis: qui diſpoſitionē multarū rerum no
bis oſtendent ut infra dicemus: Sed ſi prius ecclipſes p̄teritas
⁊ coniunctiones in medium adduxero legētib⁹ ut arbitroꝛ mo/
leſtum non erit.

¶ Effectus ecclypſis Solis ī ſigno Leonis anni·Mcccclxxviii
nōdum preterijt verſus Jtaliam: ⁊ marie ſuper Romam. Apu/
liam: ⁊ ſuper alia loca ſigno Leoni dedita. Quid dicam de ec/
clipſibus Solis in ſigno Geminoꝝ anno·Mcccclxxxi·⁊.Mcccc
lxxxij·quarum effectus durabunt per multos annos ſuper loca
ſubiecta ſignis aereis humanę formę: quibus ſubiacent multę
partes lombardię.

¶ Nec tacendus eſt effectus magnę cōiunctionis Jouis: ⁊ Sa
turni in Scoꝛpione: quę fuit in fine anni·Mcccclxxxiiii·Que
verſus orientē pariet crudeles effectus: ⁊ multi populares illa/
rum regionū efficientur inopes: ⁊ eoꝛū ſubſtantiam perdent vł
expendent: etiā notat moꝛtem nobiliū: ⁊ magnatū viroꝛum: et
ꝙ neſcij: ⁊ temerarij laudabunt̄: ⁊ honoꝛabuntur: ⁊ multa alia
poꝛtenta ſuper loca Scoꝛpioni ſubiecta de quibus in futurū ali
quid dicemus in locis oppoꝛtunis.

¶ Recoꝛdanda ſunt etiā ſignificata ecclypſis Solis de menſe
Marcij anni preteriti in ſigno Arietis in quo diximus ꝙ ſigni
ficabat bella.depredationes·interfectiones.cōbuſtiones.iram
principum·hominū turbationes.viarum abſciſſoꝛes·legū trāſ/
greſſoꝛes: ⁊ ꝙ multa cōmittentur illicita: ferro etiam ſiue vene/
no multos perire debere cū impetu: ruinaqꝫ in edificijs ⁊ in tē/
plis ad honoꝛem dei conſtitutis·multa etiā mala poꝛtendere p
pter moꝛtem: ⁊ infelicitatē principū: qui Arieti·Leoni. Sagit/
tario ſigno ſubijciunt̄: Febres etiā acutas cum ſubita moꝛte ac
cidere debere: ⁊ multa alia diximus in iudicio anni preteriti:
quę foꝛte nō facient effectum hoc anno pꝛopter nouas ecclipſes

anni preſentis·Demum coniunctio Martis ⁊ Saturni in prin/
cipio Sagittarij fuit die·viii·Decembris.Mcccclxxxv·ho·x·m̄·
xiiii·poſt meridiem aſcendēte gradu.vi·Virginis iuxta angu/
lum terrę: ⁊ durabunt ſui effect⁹ in fine anni·Mcccclxxxvii·Et
dicunt multi auctoꝛes ꝙ ſignificat bella: principūqꝫ agoniā: ⁊
multi nobiles: ⁊ ſapiētes: ⁊ viri litterati exaltabunt̄·carceri eti
am multi homīes tradent̄: ⁊ de carcere multi exibunt: ⁊ accidet
deſtructio ędificioꝝ: ⁊ hominū fabricatoꝛū: ⁊ hęc ſint preterita
recoꝛdanda. Futuras ecclypſes anni preſentis videamus.

¶ De futura ecclipſi Lunę de menſe Februarij.

¶ Die·xviii·Februarij cōpleta ⁊ ho·o·m̄.xlviii·noctis erit op/
poſitio luminariū: ꝑpter quā iuxta caudā Draconis erit eccli/
ſis Lunę in gradu·ix·m̄·iii·Virginis aſcendēte gradu·xviii·m̄
xx·eiuſdē·⁊ hoꝛa·xiii.m̄·iii·hoꝛologii ſub oꝛizonte Luna ſic in
cipiet ecclipſari ꝙ hoꝛa·xiiii·m̄·xviii·tota erit obſcurata: ſicqꝫ
ſtabit ꝑ hoꝛā: ⁊ ho·ſcđa m̄·xxxiii·noctis tota erit dealbata: du/
rabit ergo ho·iii·m̄·xxx·Auctoꝛitate Ptolomei ſcđo q̄driptiti·
Jſta mala erit ecclipſis: ⁊ ſtatim ſuos manifeſtabit effectus ſuꝑ
hoīes cuiuſcunqꝫ ꝯditionis: ⁊ ſuꝑ ſemina.herbas·ſegetes: ⁊ fru
ctus: ⁊ ſuꝑ ędificia multa: quę ab impetuoſis depopulabuntur.
Qui dicit ſic Mercurius in aſpectu Martis exiſtens ſignifica/
toꝛ ecclipſis vehementer ꝓducit effectus: ⁊ per viros ſubtilis i
genii: qui permittēt latrocinia: viarū abſciſiones: ⁊ difficultatē
in itinerib⁹ maris ⁊ terrę: ⁊ mutabunt̄ moꝛes apud armigeros
⁊ in aliqbus locis flabunt venti impetuoſi: tonitrua reſonabūt
⁊ fulmina cadent: vel refulgent: ⁊ in aliquib⁹ locis erunt terrę/
motus·hyatuſqꝫ terrę cū variatione tempoꝝ diſponente hoīes
ad varias egritudines ſi ſequens ecclipſis nō obſtabit. Hi qui/
dem effectus poterunt apparere in locis ſubiectis Virgini·Ca/
pricoꝛno·⁊ Tauro: quoꝛū nomina etſi ut plurimum ſunt igno/
ta de aliquibus tn̄ in fine dicet̄·Durabunt uſqꝫ ad principium
Junij ⁊ nō vltra: q̄uis nōnulli ſentiant in futurū annum effe/
ctum habere.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

De futura eccliſpi ſolis de menſe Marcij·

Sexta die Marcij hora·xiij·mi·iij·horologij erit coniunctio
luminariū in gradu·xxiiii·mi·lviii·Piſcium· ꝓpter quā ante tē
pus dicte cōiunctiōis iuxta caput draconis erit ecclipſis Solis
Et incipiet ſub terra hora·xi·mi·xxiii·horologij·⁊ poſt vnā ho
ram Luna ſic erit inter Solem:⁊ aſpectum noſtrū ꝙ de dyame
tro Solis nō videbunt̃ niſi puncta nouē:⁊ tunc Sol erit ī gra/
du·xxiiii·mi·lv·ſcō·xlv·Piſciū. Luna vero in gradu·xxiiii·mi·
xxxiiii·ſcō·xxxvii·eiuſdē· Tādem hora·xiii·mi·xxiii·horologij
radij ſolares apparebūt ſi caligo nō obſtabit· Eandē opinionē
Ptholomei inſectabor:qui in eodē dicit ꝙ Jupiter exiſtens do
minus ecclypſis ſignificat gaudiū·ſublimitatē·ſtatꝰ melioratio
nem·corporū:⁊ animarū bonā habitudinē: ⁊ augumentū reruʒ
victui humano pertinentiū:⁊ oſtendit remunerationes: reguʒ
premia:⁊ ſuarum rerum copiam cū magna fama·aer temperabi
tur:eritqꝫ ſalubris:flabunt venti humidi: ⁊ forte ſignificatum
ſterilitatis diminuet:⁊ effectꝰ malos ecclipſis Lunę moderabi
tur:⁊ ſic bonū videtur habere ſignificatū· Sed cum Jupiter ſit
debilis:⁊ in ſuo caſu:⁊ ante iſtam ecclipſim fuerint multe ecclip
ſes:⁊ in futuro anno ſint alie peiores credo ꝙ hec erunt apparē
tia magiſqꝫ exiſtentia:⁊ cū difficultate:⁊ dāno multorū: etiam
ſup ędificia:⁊ templa ita minat̃ ut multa a fundamētis adhuc
conuere videant̃:⁊ in pleriſqꝫ locis erit generale malum·quia ī
xv·diebus utrumqꝫ luminariū ſentit ecclipſim·Effectus iſtius
ecclipſis durabunt ānī duo·ſed magis intenſe videbuntur hoc
anno preſertim in locis ſubiectis ſignis ipſius ecclipſis ⁊ ſic di
ci poteſt ꝙ maxime loca ſubiecta Soli:⁊ Lunę diſpoſita ſunt ad
multa infortunia:Quę etſi in Jtalia multa ſunt:tā Venetię:et
Mediolanum:⁊ Roma cū aliquibus locis Apulię in mediū ad/
duci poſſunt·

Preter gnalia ſupraſcripta ut facilius legentes
percipiant quid ſim dicturus in Capitula diuidā
preſens vaticinium·

Septembris principium Octobris. finis Nouembris: ⁊ mēſis
Decembris. Eoruʒ magnates:⁊ qui aliis preſident obſeruēt ne
pericula mortis incurrant·

Caplm Quintūdecimū de aliqbus ciuitatibꝰ ⁊ locis·

Multa loca Germanię. Polonię·Britanię·Francię:⁊ in Jta
lia Florentia. Neapolis· ⁊ alia Arieti ſigno ſubiecta nō tradāt
obliuioni ecclipſim Solis anni preteriti quę illa diſponit ad ar
ma:⁊ illis qui preſunt parat exitium· Sed certe remotis ſigni/
ficationibꝰ iſtius ecclipſis loca Arieti ſubiecta bene ſe habebūt
hoc anno·

Campania Romę· Bononia·Sena·Verona. Tarentū·Ter/
uiſium: ⁊ alia loca Tauro ſubiecta ꝓpter Venerem in Tauro
percuſſam a Marte:ab aduerſariis:⁊ ab armigeris ledent̃·Car
ceri tradent̃ nōnulli:⁊ cū p̄latis ⁊ viris nobilibꝰ multa facient·

Sardinia·Filandria·Anglia· multa loca Lombardię: ⁊ alia
ſubiecta ſigno Geminoꝝ ꝓpter ecclipſes Solis in tali ſigno p̄/
teritas:⁊ nunc ꝓpter Mercuriū combuſtum: ⁊ ꝓpter Lunam
in Geminis oppreſſam: multas ſuſtinebunt egritudines: ⁊ a
principibꝰ multa grauamīa:⁊ timendū eſt ne in locis ſubiectis
ſigno Geminorū noua bella ſuſcitent̃.

Conſtantinopolis·Venetię·Luca·Mediolanum· Turchia·
Burgundia·Garnata·⁊ multa loca iuxta mare:⁊ iuxta paludeſ
⁊ alia ſubiecta ſigno Cancri ꝓpter Lunā ecclipſatam: ⁊ a Sa/
turno infortunatam multas ſuſtinebunt infirmitates: ⁊ ab ini
micis cū longis anxietatibus capient̃. Et aliqui ex Sforcienſi/
bus in pericula mortis incurrent·

Jtalia. Boemia·aliquę ptes Francię verſus italiam: ⁊ in ipā
Jtalia·Apulia·Romā·Mantua·Cremona:⁊ alia loca leoni ſub
iecta ꝓpter ecclipſes Solis p̄teritas:⁊ preſentes:⁊ ꝓpter Mar/
tem in oppoſito Leōnis infirmitates ſentient peſtiferas: ⁊ ab
armigeris ledent̃· Nec credendū eſt Romanas res diu poſſe q̄/
eſcere:Si aſtra nos ita diſponunt ut aliquando ſe ratio ſuppe/
ditari permittat·

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Candia. Cyprus: ⁊ multe partes Grecoꝝ. Sicilia. Regnum Nauarie: ⁊ in Italia. Parma. Papia. Comū. Imola. Peruſium. Viterbium: ⁊ alia loca ſigno Virgini ſubiecta: ꝑpter Mercuriū combuſtū cū ſuis domibus dānatis a principibus grauabunt ⁊ mortiferas ſuſtinebunt egritudines.

¶ Janua. Brixia. Padua. Arimonū: ⁊ alia loca Scorpioni ſubiecta infirmitates ſentiēt acutas: nec ab armis ſecuri ſunt.

¶ Ungaria. Dalmacia. Croacia. Hiſpania: ⁊ alia loca Sagittario dedicata multa ſentient grauamina: ⁊ propter principes ad periculoſa itinera ſe diſponent.

¶ Multa loca Romādiole: ⁊ circa Ferrariā: ⁊ alia ſigno Capricorni dedita ab infirmitatibꝰ nō ſecuri ſunt: nec aliqui ex magnis pericula fugient.

¶ Piſaurū. Urbinū. Piſe. Bergomū: ⁊ alia loca ſigno Aquarii ſubiecta ab infirmitatibus acutis: ⁊ ab armis ledentur.

¶ Hibernia. Portugalia. Normandia: ⁊ nōnulla loca in ꝓuīcia Venetorū: ⁊ que ſub Piſcium ſidere firmate ſunt ecclipſim Solis anni preſentis guſtabunt: ⁊ multa pericula non aufugient. Hec contingentia accident ſm̄ diſpoſitionem indiuiduorū ſuorum: que mihi ignota eſt.

¶ In Sextodecimo ⁊ vltimo Capitulo ſunt Coniunctiones et oppoſitiones Solis ⁊ Lune: ⁊ intelligantur dies completi cū horis poſt occaſum Solis ad ſitum Urbis.

Marcius

Con. die v bo. xiii m̃ iii. aſ. g. xvi. Arietis ecclipſ.
Op. die xix. bo. xv. m̃. vii. aſ. g. xx. Gemi

Aprilis.

Con. die iii. bo. xxii. mi. i. aſ. g. i. Libre
Op. die xviii. bo. vi. m. iiii. aſ. g. xxvi. Capri

Maius.

Con. die iii. bo. v. m. xiiii. aſ. g. v. Aqua
Op. die xvii. bo. xx. m. xlix. aſ. g. xxix. Libre

Junius.

Con. die i. bo. xi. m. xlvi. aſ. g. xxv. Canc.
Op. die xvi. bo. xi. m. xxiiii. aſ. g. iii. Leo.
Con. die xxx. bo. xviii. m. xlix. aſ. g. xii. Scor.

Julius.

Op. die xvi. bo. i. m. xxxix. aſ. g. ix. Piſci.
Con. die xxx. bo. iii. m. xxii. aſ. g. x. Tau.

Auguſtus.

Op. die xiiii. bo. xv. m. xxiiii. aſ. g. xxvii. Lib.
Con. die xxviii. bo. xiiii. m. xxxviii aſ. g. xxiiii. Lib

September.

Op. die xiii. bo. iiii. m. xxvii. aſ. g. i. Cancri
Con. die xxvii. bo. iiii. m. xlv. aſ. g. x. Cancri

October.

Op. die xii. bo. xvi. m. xlvi. aſ. g. ix. Sagit.
Con. die xxvi. bo. xxi. m. xlix aſ. g. xviii. Piſci

Nouember.

Op. die xi. bo. iiii. m. iii. aſ. g. xxvi. Can.
Con. die xxv. bo. xvi. m. lii. aſ. g. x. Capri.

December.

Op. die x. bo. xiiii. m. xxxiii. aſ. g. xxii. Sagit
Con. die xxv. bo. xii. m. xxii. aſ. g. x. Sagitta.

Januarius.

Op. die ix. bo. o. m. xli. aſ. g. vi. Leo.
Con. die xxiiii. bo. vi. m. xxxvii. aſ. g. i. Scorpi.

Februarius.

Op. die vii. bo. xi. m. vii. aſ. g. xiii. Capri. Ecclip.
Con. die xxii. bo. xxii. m. xxix. aſ. g. xxxi. Leo.

¶ Rome editum Idus Januarii. Mcccclxxxvi.

Impreſſum Rome per magiſtrum Stephanum Planck de Patauia. Sedente Innocentio Octauo pont. Max. Anno ſexto

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES